

495 In alvo Tyne fluvii ad ostia eius a. 1867 rep. est umbo aereus scuti Romani, quem servat Guil. Greenwell Dunelmi. Ornamenta in novem partes distributa sunt ita, ut medium obtineat aquila, in angulis quattuor tempora anni puerorum habitu repraesententur varias res gestantium, supra Martis, infra bovis gradientis, ab utroque latere signorum militarium imagines exhibeantur. In extremo margine dextro eius qui possidebat nomen punctis inscriptum est.

Table with 3 columns: Puer nudus, Mars, Aestas. Descriptions of figures and symbols on the umbo.

○ IVL MAGNI IVNI DVBITATI

Bruce lapid. p. 58, 106 aeri incisam exhibet accuratissime (cf. Archäol. Zeitung 1870 p.17). De lectione iam nequit dubitari; videtur is qui insculpsit m litteram errore ita exhibuisse m.

Legionem VIII Augustam sub Augusto in Pannonia inferiore, sub Vespasiano in Moesia, postea in Germania superiore, Argentorati potissimum et Mogontiacy castra habuisse constat; vexillatio autem eius expeditioni Britannicae Hadriani interfuit (cf. Henzen 5456). Bovem signum fuisse legionis octavae coniecit Bruce propter nummum Carausii, in quo bos est cum inscriptione LEG-VIII-AVG (Cohen monnaies de l'Empire 4 p. 386. 5 p. 520). Cf. infra n. 570.

Similis umbo aeneus argento inlatus et inscriptus prope Mogontiacum repertus una cum duobus aliis simplicioribus servatur in museo Wiesbadensi (Lindenschmit die Alterthümer unserer heidnischen Vorzeit I fascic. 5 tab. 5).

Lege o(centuriae) Iul(ii) Magni, Iuni(i) Dubitati

496 In Southshields rep., deinde Eburacum missa ad Listerum, inde to Norwich to one Mr. Gile's HORSL. Inde a Chandleri tempore extat Oxonii in museo, sed litteris paene prorsus deletis.

CONSERVATO
RI PRO SALV
E M · AVRÆ
5 ANTONINI
AVG Γ ≡ IMP
OBREDITV

Contuli ut potui (cum exemplo Chandleri). M. Lister philos. transact. 13, 1682 p. 70 tab. 1 fig. 1—5 (inde Gale it. Anton. p. 9; Mur. 73, 4 et 111, 2 ex actis erudit.; Horsley p. 287 Durh. 2 cf. p. 186. 351 et praef. p. X (inde Goughs Camden 3 p. 372 tab. 2; Orell. 2077; Hodgson 2, 3 p. 229); Chandler marm. Oxon. p. 3 tab. 1 fig. 3.

V. 2 in basi ipsa summus est neque supersunt vestigia v. 1-ulla in capite eius; tamen videntur excidisse litterae I · O · M. 2 IS MAR List., Horsl., . . IS . . . MAR Chandl. Unde legerunt dis matribus. CONSERVATO|RI. B. PROS . . Dr. Johnson of Pomfret apud Listerum, quod ego, cum lapidem vidi, ignorabam; B ◊ PROSALV List. 6 AVG IM List., Chandl., AVG pīl Fel Horsl. (ex coniectura potius), IMP-x ego, sed x incertam esse adnotans. 9 LV BENSM List., Chandl., Horsl., fortasse recte, . . . IIF≡NS≡ ego.

[I(ovi) o(ptimo) m(aximo)?] conservatori pro salute M. Aurel(i) Antonini Aug(usti) imp(eratoris) [. lub]ens? ob reditu

497 Southshields, fragmentum nuper repertum (1732).

M | A

Horsley p. 287 Durh. 3. M littera sola videtur superesse, reliqua ornamenta sunt.

497a Southshields, lying at the north west corner of the station. Postea per Hunterum pervenit Dunelmum, ubi servatur in bibliotheca capitulari. In lateribus urceus et patera, in postica culter est; titulus autem prorsus deletus est.

Horsley p. 286 Durh. 1 (Goughs Camden 3 p. 372).

498 Jarrow, fragmenta duo rep. 1782 in muris ecclesiae. In lateribus sunt ornamenta aevi Saxonici. Fragmentum primum possedit BRAND, post mortem eius HODGSON, qui addit, I gave them into the custody of Cuthbert Ellison, Esq., of Hebburnhall, where they are now preserved. a, quod altum est ped. 1 dig. 11 et latum ped. 1 dig. 9, servatur Londinii apud societatem antiquariorum in Somersethouse, b, altum ped. 1 dig. 11, latum ped. 1 dig. 11, in Newcastle in museo. Margo laevus in utroque fragmento superest; scriptura simillima, item mensurae, ut facile eiusdem lapidis esse crediderim, neque vero certo spondere ausim. Litterae in utroque optimae sunt saeculi secundi puto exeuntis.

a DIFFVSI
PROVINC
BRITANNIA · AD
VTRVMQVE · C
5 EXERTVS · N
b OMNIVM · FIL
HADR
VA · NECESSITAT
VATIS · NORP
5 V · F · INC
S · P · VA

Contuli fragmenta ambo. Brand Newcastle 2 p. 62 (inde Hodgson 1 p. 50 [a solum] et 2, 3 p. 231; Surtees Durham 2 p. 68; Archaeol. Aeliana 1, 1857 p. 248 [b solum]); Bruce wall p. 309.

a 1 DIFFVSI Brand, DIFFVSI Bruce. 5 in fine initium m litterae (non n) vidimus Bruce et ego. 6 om. Brand, . . IIV . . . Bruce.

b 1 FIL Brand; magis puto D litteram indicari. 2 Utrum initio in lapide aliquid scriptum fuerit necne mihi non plane liquebat, cum lapidis superficies imbribus exesa sit; Brand et Bruce spatium vacuum exhibent. 3 ANIGISS FIAT Brand, ANICESCHAT Bruce. 4 VATIS II Brand, VATIS . . IN CRR Bruce. Fortasse VATISSIMO · R · P legendum esse conieci in re praesenti. 5 SITF II Brand, II P ININC Bruce. 6 om. Brand, II . . . c Bruce.

De antiquitate omnino non est dubitandum. In titulo insigni, quanquam plene restitui nequit, tamen probabile est commemoratos esse exercitus magnos, diffusos per castra in provincia Britannia collocata inter utrumque oceani litus, fortasse propter res gestas, quae omnium fidem et virtutem probaverunt, ab imperatore Hadriano collaudatos dira tantum necessitate coactos abstinuisse ab ultimo orbis noti limite subiciendo, conservatis tunc rei publicae finibus, vel quae sunt similia.